

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quomodo dicat scriptura, decimum ordinem compleri debere de  
hominibus. G

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

martyribus alii aliis sunt superiores: ita & in ordinibus angelorum recte creditur esse.

Quomodo dicat scriptura decimum ordinem ex hominibus compleri, cum non sint nisi nouem  
ordines.

G

Notandum etiam, quod decimus ordo legitur de hominibus restaurandis. Sed cum non sint nisi nouem ordines, nec plures sufficiunt etiam si illi qui ceciderunt persistissent, monentur lectores quomodo scriptura dicat decimum ordinem completri ex hominibus. Gregor. namque ait, homines assumendos in ordine angelorum, quorum alii assumuntur in ordine superiorum, qui scilicet, magis ardenter charitate: alii in ordine inferiorum, qui scilicet minus perfecti sunt. Ex quo apparet non esse de hominibus formandum decimum ordinem, tanquam novem sint angelorum, & decimus hominum; sed homines pro qualitate meritorum statuendos in ordinibus angelorum. Quod ergo legitur decimus ordo copplendus de hominibus, ex tali sensu dictum fore accipi potest quia de hominibus restaurabitur quod in angelis lapsum est: de quibus tot corrue-

Ephes. L. 8.

runt, ut possit fieri decimus ordo. Propter quod Apost. dicit restaurari omnia in Christo quae in celis, & quae etiam in terris sunt, quia per Christum redemptum est genus humanum, de quo fit reparatio ruinæ angelicæ: tamen non minus saluaretur homo, si angelus non cecidisset.

Quod homines assumuntur iuxta numerum statuum si non lapsorum.

Hom. 34. 18

Euang. Lu-  
ca 15. circa

Non enim iuxta numerum eorum qui cedentur, sed eorum qui permanerent homines ad beatitudinem admittuntur. Unde Gregor. Supernum illa ciuitas ex angelis & hominibus constat: ad quod credimus tantos humani generis ascendere, quatos illic contigit angelos remansisse: sicut scriptum est in Cantico Deuteron. Statuit terminos

medium.

Deus. 3. 1. 6.

Sic legitur

secundum 70.

interpretes.

Ivan. secunda

du vulgare

popu-